Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0001-2

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI – j
SIGNAT. cIↃIↃCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0002-8

# In beatiſſimum obitum,

*Matronæ Nobiliſſimæ omniqve virtutum cultu Clariſſimæ*

# ANNÆ MARIÆ, natæ STRAUSSIÆ,

VIRI

*Nobiliſſimi, Excellentiſſimiq;*

## JO. ERICI OSTERMANNI,

Polyhiſtoris celeberrimi,

Sereniſſ. ELECT. SAXON. Conſiliarii, Græc. Lit. P. P. Alumnorumq; Electoral. Ephori, ut & Ordinis ſui & totius Academ. Senioris venerandi,

Viduæ relictæ,

## EPICEDIA

IPSO EXEQVIARUM DIE,

*II. Quinctilis cIↄ Iↄc IIC.*

oblata

A

## Patronis, Fautoribus & Amicis,




*VITEMBERGÆ,*
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

IAmpridem madidis ſtillat mihi rivus ocellis,
Humenteſqve rigat plurima gutta genas.
Deſeruit matrona locum, terrasqve reliqvit,
Gloria Leucorei Socratis ipſa tori.
Extinctam lugent Nati, geminantqve qverelas,
Et paſſim iuſti ſigna doloris habent.
Cum Natis Muſae iungunt ſuſpiria moeſtae,
Flebilibusqve modis triſtia verba ſonant.
Oſtermanniacae deplorant funera ſtirpis,
Atqve vovent GENITIS, ſecula longa fluant.

*teſtando luctui ſcripſit*
C. S. SCHURZFLEISCHIUS,
h. t. Acad. Rector.

---

MADRJGAL.

WEr von den frühen Morgen an
Des Tages Laſt und Hitze hat getragen/
Der freuet ſich ſo bald das Abend=Roth/
Die Schatten gröſſer macht/
Er legt die matten Glieder/
Schon halb entſchlaffen nieder
Und ſtehet nach der ſanfften Nacht/
Gantz munter wieder auff/
So war der Seeligſten ihr müder Lebens=Lauff/
Auff welche lauter Noth/
Und ſchwerer Wetter Grimm geſchlagen.
Nun aber iſt ſie zu gewünſchter Ruhe kommen/
Und kan bey Chriſto frölich ſeyn/
Drum ſtellt das bittre Klagen ein/
Wer ſeelig ſchläfft/ mit dem iſts wohl gethan.

Zu Bezeugung ſeiner Condolence ſetzte dieſes
Carl Heinrich Freyherr von Frieſen.

---

QVae Numen coluit, qvæ templa freqventer obibat
Fœmina, nunc ſubiit cœlica templa Dei.
Pectore in ipſius manſerunt Numina :. ſed nunc
Vivit in aeterno Foemina diva Deo.

*honoris cauſa p.*
CL. Lib. Bar. a Frieſen.

---

FLoret adhuc hodie *Laus* OSTERMANNIA mundo,
Magnus *Conſiliis* Magnus & *Arte* fuit.
*Nomen* adhuc ingens ACADEMIA *tota celebrat*,
*Egregiis meritis* nititur ILLA VIRI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0004-9

E *Tricennali bello Res Publica* langvens
*Primos* inter erat, qvi *bona priſca* daret,
*Neſtoreis annis digniſſimus Ipſe* fuiſſet,
Ni potius *cæli* prævaluiſſet *amor.*
*Præclaris* CONJUX *virtutibus* exornata,
STRAUSSIA, MATRONIS Solis ad inſtar erat,
*Stella pudicitiæ* cunctis per *bis tria luſtra,*
*Splenduit*, in *Vidua* Vixit adusqve *Domo.*
*Vixit* & usqve DEO *precibus*, *manibusque paratis*
*Pauperibus*, cunctis *commoda ſponte* ferens,
*Tædia* nunc *Vitæ* ſuperavit *morte fideli*,
*Militiæque bonæ ſymbola* fauſta tulit,
*Qualis Vita*, fuit, *talis* quoque *clauſula Mortis*;
Dum *male non moritur*, cui *bona Vita* fuit.
*Vivat* in *amplexu SPONSI*, MATRONA BEATA,
Aeternum videat *Lumina clara* DEI?
*Gratia* cuncta *Poli* CONFUSOS FUNERE TANTO
*Soletur*, pellat *Triſtia quæque* procul!
*Provida Cura* DEI det *largius* OMNIA DONA
PRO MERITIS SUMMIS *Floreat* ALMA DOMUS!

EX HONORIS & AMORIS DEBITO
INCLUTIS LUGENTIBUS f.
Johannes Deutſchmann/D.

---

QVærebat Pietas, ubi ſit ſibi commoda ſedes
In Vitebergiacis invenienda locis?
Qvando pererrârat loca paſſim devia, tandem
Incidit in Viduas, qvas bona fama notat.
Ex his præcipuè placet OSTERMANNIA, dulci
Cujus amore ſui pectora caſta replet.
Hæc mea perpetuò maneat ſvaviſſima ſedes,
Hanc, ait, in Cœli ſplendida Regna ſequar.

facieb.
Caſpar Löſcher/D.

---

CLaram OSTERMANNI qvondam tulit Auſtria Gentem,
Ut fieret noſtri gloria celſa chori.
Pallida magnorum CÆSAR fovet oſſa Parentum,
Viva ſed ingenii pignora SAXO tenet.
Nec ſummi virtute Viri minor extitit VXOR,
Qvæ celebres placida morte repoſcit Avos.

*Inclytæ Familiæ συμπαθῆς dedit*
Jo. Georg. Neumannus, D.

MAn hat die Seelige den rechten Ort gefunden/
Wo Ihren Eh-Schatz kröhnt die Luſt der Ewigkeit;
Hat Sie nach deſſen Todt gezehlet trübe Stunden;
So lebt ſie nun mit Ihm in ſteter Sicherheit.
Es ſchweb't Ihr Edler Geiſt in jenem Hohen Lichte/
Alwo die reine Schaar der Engel Sie erqvickt/
Sie ſpühret/ wie der Glantz von GOttes Angeſichte
Durch ungemeinen Strahl auf Ihre Seele blickt.
Wir gönnen ihr nunmehr die ſüſſen Himmels-Auen/
Und zeichnen ihren Ruhm der ſpäten Nach-Welt auf:
Jedoch was wollen wir viel Ehren-Seulen bauen?
Ihr Wohlverhalten ſchreibt den beſten Lebens-Lauf.

G. Michael Heber, D.

---

SIc variis tandem fortunae caſibus acti.
Tendimus ad ſedes, qvo pia fata vocant.
Vix certa in terris placidae datur hora qvieti,
Semper enim curae, triſtitiaeqve premunt.
At locus eſt tutus; reqvies manſura per aevum
In coelis, ſancto ſangvine parta DEI.
Felix qvi gaudet mutata ſorte bonisqve
Perfruitur ſumma laetus in arca poli!

Io. Henricus Berger, D.

---

*INteriiſſe juvat!* cineres, quos condidit urna,
Surgunt interitu: finis at ortus erit?
Nomen & omen erat. Quas *Oſtermannia* liqvit
Exuvias, firmant ſpes pia, grata qvies.
Non vitam perdit mors; urnam vita ſeqvetur:
Gratulor Ergo igitur. *Sic periiſſe beat.*

*in honorem Nobiliſſimae Matronae ſ.*

C. H. Horn, D.

---

WAs hiebevor der Todt vor Schmertzen zugefüget/
Macht er voritzo gut / da Die im Sarge lieget/
Die zu dem Ehe-Schatz nun wieder wird geſellt
Und mit Ihm unverrückt im Himmel Hochzeit hält.

Gottfried Svevus, D.P.P.

---

IUncta Deo, raptove diu ſociata marito,
Cum ſuperis gaude, cum ſuperisqve cane.
Vos viduae tumulum vario conſpargite flore,
Qvae iacet hic, qvondam gloria veſtra fuit.

Io. Gothofredus Berger, D.

Morta

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0006-0

MOrtalem fas eſt aliqvando ponere vitam, &
Debita Naturæ ſolvere qvemqve ſuæ:
Sat vixit, bene qvi vixit, conceditur Illi
Mors pia, poſtqve obitum vivere & eſſe bene.
Sic non incautam Mors TE MATRONA fefellit,
Expectata cui Mors pietate fuit.
Nacta utrumqve Dei juſſu nunc rite qvieſce
Soleturqve TUOS gratia larga Dei!

*Beatiſſimis manibus*
*Matronæ omnium virtutum laude maxime*
*conſpicuæ deb.*

Chriſtianus Vater, D.P.P.

---

HAud *Oſtermanni* nomen laudesqve peribunt,
Namqve *virum* ſeſe præſtitit egregium.
Sic manet & pietas & virtus *Conjugis ejus*,
Qvamvis jam corpus lubrica terra tegat.
Non etenim moritur, qui vitam degit honeſtam
Qviqve tenet firmo pectore juſſa DEI.

P. G. Sperling, D.

---

NAvita lætatur, portu qvi conditur alto,
Dum fluctûs tollit ſævus ad aſtra Notus.
Sed Merito magis exultat MATRONA BEATA,
Ac cum cœlicolis cantica amœna canit.
Nos etenim miſeri jactamur gurgite vaſto,
Duraque vis fati tempora noſtra premit.
NOSTRA poli vero tutam penetravit in arcem,
Nec vexant ILLAM triſtia fata ſoli.

*Condolentiæ teſtandæ cauſa opponere debebat*

Caſpar Leyſer, D.

---

SJe bringt ihr graues Haupt mit Ehren zu der Erden/
Indem ihr werthes Hauß in Glück und Seegen ſchwebt:
So lang ein Oſtermann/ ſo lang ein Carpzov lebt/
Soll ihr verdienter Ruhm nicht ausgetilget werden.

Zur letzten Schuldigkeit fügte
dieſes bey

Carl Theodoricus Ferber/ D.

---

ILlata eſt tumulo Pietas ſociata Pudori,
Femina qvæ ſexus gloria prima ſui.
Sed moriens terram qvæ liqvit celſior hac eſt,
Et propior ſummi Numinis ora videt.

M. G. Wernsdorfius, Ord. Phil.
Adj. & h. t. Decanus.

PRO terra, Cœlum petit OSTERMANNIA; qvis non
Cum *Chriſto* dicat: *pars* MARIÆ *eſt melior.*

*Deprop.*

G. C. KIRCHMAJERUS, Acad. Senior.

---

ERgo Novæ Batavos ornat concordia Pacis!
Sedabitur brevi Turcica bella Deus.
Sicqve novos Chriſti ſpondet ſpes certa Catervæ
Plauſus, omnipotens proſpera cuncta dabit.
Aſt OSTERMANNI funeſtas morte Cupreſſos
Poſt viduos poſcit Fœmina chara dies.
O dolor! inconſtans novit qvæ machina mundi!
Vera ſibi ut Pax ſit, Cœlica regna petit.

*Doloris conteſtandi gratia hoc dabat*

Michael Strauch / Super. Mathem. P. P.

---

MUlta cicatricis veſtigia, Dive ſuperſunt
Oſtermanne mihi funere facta Tuo.
Doctior orbis enim ſemper deflebit ademptum
Te, qvi perpetuo vivere dignus eras.
At Tua cum moritur qvondam ſanctiſſima Conjux
Strauſſia gente, redit fortior inde dolor.
Nam Matronarum decus interiiſſe videtur,
Ac rigida pietas morte perempta cadit.
Si tamen illa Dei fuit, ut fuit, alma voluntas
Haud quidquam refert flere, dolere, queri.
Molliter hinc cineres recubent, animæqve triumphent
Adſcriptæ ſanctis participesqve poli.

Chriſtianus Röhrenſee / P. P. & Elect.
Alumn. Ephorus.

---

QVæ ſummum Generum nacta es pulchrosqve Nepotes
Blanda ſenectutis ſolamina cernere felix,
Et fluxæ poteras diducere ſtamina vitæ,
Jam parti decoris ſecura, & libera curis.
Funera lugebas, meritò deflenda, Mariti,
Aönius cui durat honos, cuì Græcia culta
Debet, at hunc luctum facilis tibi molliit æther,
Et variâ tenebras diſtinxit luce dolorum.
Luceat innumeris gens hæc Carpzovia ſeclis,
Ac Oſtermanni perſtans in ſecula nomen
Floreat, & multa vivant in luce Nepotes.

*Ita obſervantiam teſtabatur*

Theodorus Daſſovius, LL. OO. P. P.

---

DEr Hanna Ebenbild / der Außbund frommer Frauen /
An der auch Momus ſelbſt kan keinen Tadel ſchauen /
Legt itzt was ſterblich iſt von ſich ins kühle Grab /
Und Ihre Seele reißt zum Schöpffer / der ſie gab /
Da kan Sie gantz vergnügt bey Ihren JEſu leben /
Ob Ihre Lieben gleich mit Thränen ſind umgeben:

Sie

Sie weiß/ daß GOttes Geiſt/ der alles wohl gemacht/
Auff Ihre Tröſtung ſchon mit Nachdruck iſt bedacht.

Martin Knorre/ Math. Inf. P. P.

---

FOeminei ſexus decus, & pietatis imago
Mortua ferali contumulatur humo.
Fallor? an ipſius corpus modo conditur urna:
Effugiunt triſtes famaque mensque rogos.

*doloris deſtandi gratia appoſ.*

Johannes Bapt. Röſchelius, P. P.

---

NOn vetat ſanctam pia flere matrem
Muſa; nam lenit grave ſæpe damnum
Flere. Sit finis: Libitina ridet
Atra querelas.

*In luctus moderamen genti Oſtermannianæ, cum Matris funus efferetur, hæc pauca exhibuit.*

Joh. Chriſtoph. Wichmannshauſen, P. P.

---

FOeminei ſexus ſplendor, Virtutis Imago,
Prima ſenectutis Gloria morte perit,
A claro vitæ primordia ſangvine duxit,
Fulgebat ſocii Nomine viva Viri,
Abſtergat lachrymas manantes candida Virtus,
Extremo mortis quæ levat orbe ſuos.
Corporis exuvias tumulo Mens ſancta relinqvit,
Aſt animæ Numen gaudia multa parat.

Georg. Fried. Schrœer, Log. & Metaph. P. P.

---

DUm terras, Matrona, fugis pertæſa malorum
Scandis & ætherei ſidera celſa poli;
Tu gaudes eqvidem felici mixta catervæ
Atque Redemptori jubila milla canis;
Sed pietas afflicta ſuam deplorat alumnam
Ac tales repetit ſæpius ore ſonos.
*Flectere ſi Superos & vincula rumpere lethi*
*Poſſem nec Parcæ triſtia jura darent*
*Viveret, ac nullo ſubiiſſet tempore mortem*
*Quæ vita qvovis tempore digna fuit.*

*In ſolatium Mæſtiſſimorum & obſervantiæ cauſa appoſ.*

Michael Balthaſar Hildebrand, D.

---

DIe Seelige Matron/ die Krone aller Frauen
An der man Gottesfurcht und Tugend konte ſchauen/
Die hat diß Welt-Gebäu ſamt ihrer Luſt veracht/
Und mehr auf jenen Schatz/ der droben iſt/ gedacht.
Die SEELIGE/ ſo ietzt an ſichern Porth gelanget/
Und in der Himmels-Burg mit frohen Jauchtzen pranget/
Iſt nun aus aller Noth befreyt/ und ſüſſe Luſt
Bey reiner Engel-Schaar iſt ſtetig ihr bewuſt.
Inzwiſchen ruht der Leib mit friſchen Sand bedecket/
Biß durch Poſaunen Schall Sie JEſus aufferwecket/
Ihr Ruhm ſoll immer blühn und unverletzet ſtehn/
Ihr Nahme muß zugleich zur langen Nach-Welt gehn.

Jo. Caſpar Brendel/ D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0009-1

## Madrigal.

DEs Menſchen Jugend iſt dem Frühling gleich/
Da Geiſt und Leib in voller Blüthe ſteht/
Nach dieſem folgt der Sommer unſrer Jahre/
Da man in ſteter Arbeits Hitze geht/
Im Herbſte tragen wir erſt reiffe Früchte/
Im Winter drücket uns der Schnee der grauen Haare/
Sodann erkalten unſre Glieder/
Der Lebens Geiſt verleſcht gleich einem Lichte.
Mit einem Wort: Es komt die Jugend nicht mehr wieder.
Und diß iſt nun der kurtze Lebens-Lauff.
Wohl dem/ der ihn nach Wundſch vollendet!
Du haſt ihn/ Seeligſte/ recht wohl geendet/
Drumb hört bey dir die Wechſelung des Glückes auff/
Uns aber giebt ſie biß zum Grabe das Geleit:
Denn nur ein ſeelger Tod bringt erſt die güldne Zeit.

Aus Schuldigkeit gegen die vornehme Leydtragende
ſchrieb dieſes

Heinrich Ernſt Seebach/ Phil. & J.U.D.

---

QVæ non ſperanti luctus occurrit imago,
Non aptos numeros & triſtia verba miniſtrat,
Cum præceps lucem nox occupat, aëra nimbus
Obruit, & cœlum denſa caligine condit.
Fit fragor, & venti ſurgunt, ſtragemqve minantur.
Nec mora: perfringunt obiecta repagula ſylvis,
Et foliis ornos ſpoliant, & robora ſternunt:
Deiiciunt & loton, & alticomas Cypariſſos.
Ad luctum veniunt Dryades, properantqve Napaeae:
Has ſtipant ſociae lugubri voce Novenae,
Funereisqve modis deplorat flebilis ales
Vaſtatum nemus, & demptum miſeratur honorem;
Incuſat ſuperos: ſtupuere ad triſtia Nymphae,
Vmbrarum memores, damni cauſasqve reqvirunt,
Qvando ferax olim fuit arbor, & optima cultu,
Qvaeqve ſuo generi multarum munera frugum
Attulit, & laetas deduxit ſtipite plantas,
Qvæ referunt primum, qvem qvondam hauſere, ſaporem.
Poſt tempeſtates igitur, multasqve procellas,
Componant ſeſe fluctus, & nubila cedant.
Damnorum ſatis eſt. Nunqvam manus invida laedat
Felices ramos, nec ab illa ſtirpe revellat,
Reſtituatqve comas lauris, & germina ſervet,
Creſcat in immenſum, ſeſeqve in ſecla propaget,
*Oſtermanniaci* laus ſemper floreat horti,
*CarpzovIqve* decus, ſanctas miretur & artes
Poſteritas, tanto par ſit fortuna labori:
*Strauſſiadis* ſpirent Zephyris felicibus aurae.

*His & doloris ſenſum aperire, & Nobiliſſimae Matronae promeritum decus rependere, & inclutae imprimis familiae obſervantiam confirmare voluit*

Henr. Leonardus Schurzfleiſchius, D.

Nun

NUn haſt du obgeſig't / Hochſeelige Matrone /
Des Lebens müd' und ſatt / erfreut vor GOttes Throne /
Hier war nur Ungemach / ſchnöde Zerbrechlichkeit /
Ein ſtetes Siechen / und vergallte Lieblichkeit:
Dort aber kanſt du in des Himmels Luſt-Gefilde
Vergnügt ergetzen dich an deines JESU Bilde.
Weil ſein Blut dich gelabt / ſo biſtu gantz geſund /
Genieſſeſt nun recht ſanfft der ſüſſen Ruhe-Stund.
Zwar ſeh'n die Deinigen dir nach mit Ach und Zähren /
Und wollen hertz-ungern den Mutter-Troſt entbehren;
Doch der Schluß iſt gerecht: Es muß geſchieden ſeyn /
Auff SEELE / ſchwinge dich / der Himmel wartet dein.

Chriſtian Warlitz / D. Archiater.

---

FOrti animo heroës qvi ſternunt agmina ſæva,
Plaudentes merito jubila multa canunt.
Sed meliore nunc jure OSTERMANNIA NOSTRA
Exultans animo, cantica amœna ſonat.
ILLA etenim mortis JESU DUCE, monſtra ſtupenda
Vincens, migravit ſplendida ad aſtra poli.
Hinc cum cœlicolis plaudit per ſecula cuncta,
Ac fundit dulces voce ſonante modos.

L. Gottfried Nicolai.

---

MOribus antiqvis, & quæ pietate corruſcans,
Fæminei Sexus gloria prima ſui,
Quæqve maritali famâ virtuteq; ſumma
Fulſerat, heu! diro funere meſſa jacet.
At tumuli qvamvis recubat ſub mole cadaver
Ut cinis id fiat, quod fuit ante cinis;
Mens tamen ætheriis, qvondam ceu venit ab aſtris,
Sic redit extincto corpore ad aſtra poli,
Inter ubi Sanctos vitam vivendo perennem
In gremio CHRISTI gaudia magna capit.

*Honoris & obſervantiæ ergo deprop.*

Michaël Gottfried Ziegra / Medic. L.

---

SO hat die Seelige Matron doch überwunden /
Was SJE hier in der Welt geplag't zu vielen Stunden /
Wie SJE mir offters ſelbſt mit Thränen hat geklagt
Wenn Jch nach meinem Ampt Jhr GOttes Troſt gebracht.
So wird SJE nun dafür im Himmel ſtets mit Freuden
Aus Jhres JESUS Mund ergetzet ohne Leiden
Weil SJE JHN ſtets geliebt und feſt an Jhn geglaub't /
Drum iſt JHR nun von JHM die Himmels-Freud erlaub't.
Wohl dem der alſo ſtirbt! Drum laſt uns auch bedencken
Daß wir ſo leben hier / daß GOTT uns auch mag ſchencken
Nach dieſer Zeitlichkeit / wenn die ſich von uns wendt
Und wir nun Lebens ſatt / ein ſanfft und ſeelig End.

Der Wohl-ſeeligen Fr. Prof. Oſtermannin zu Ehren
und denen fürnehmen Freunden zu tröſtlichen Andencken ſchrieb dieſes mit ſchwacher Feder

M. Joh. Fabricius, bey der St. Marien-Kirchen allhier Archidiac. und Senior.

---

SO iſt ein Tugend-Bild / aus Creutz und Leid genom̄en /
Durch ſanfft und ſüſſen Todt / dahin mit Ruhm gekom̄en /

Wo weit viel beſſer iſt / als hier in dieſer Zeit:
Drumb gönnet Ihr die Ruh / SIE lebt in Ewigkeit.

M. Jeremias **Deutſchmann.**

---

UT flavas ſegetes comportat in horrea meſſor,
Sic hominem in tumulum tarda ſenecta vocat.
Vivimus, & vitam petimus florentibus annis,
Qvamprimum hi fugiunt mors magis atra placet,
Hæc feſſis reqviem, miſeris, ſolamina præbet,
Nemo poteſt fato nobiliore frui.
Viderat hoc & nacta ſuam OSTERMANNIA metam,
Ex votis clauſit lumina morte ſuâ.
Atq; licet bonus omnis eam deploret amarè,
Ut deſiderio vix modus eſſe qveat;
Illa tamen rutili ſubiens palatia coeli
*Flete alios*, inqvit, *me DEUS ipſe fovet.*

M. Polycarpus Kunadus.

---

## An die Wohlſeelige-Verſtorbene.

GOTT Lob! So iſt doch noch die Reiſe wohl vollbracht/
Die Ihr / Wohlſeelige / ſo ſchwer und ſauer ſchiene:
EXAUDI hat davon gewünſchten Schluß gemacht;
Da ſiehet man wozu andächtig Beten diene!
Es macht / daß JESUS ſich uns zum Gefährten giebt/
Wenns finſtre Todes-Thal wir durch zu wandern haben;
Auff daß / wenn uns Beſchwer und Bangigkeit betrübt/
ER uns mit ſeiner Treu erqvicken kan und laben.
GOTT Lob! Der hat auch Ihr / was ſchwer war / leicht (gemacht!
Durch IHN hat Sie numehr die Wallfahrt überſtanden/
Die manchen Harm und Gram und Jammer hat gebracht;
Und iſt nun angelangt ins frohen Himmels-Landen!
Hier läſſet SIE viel Ruhm / doch auch viel Schmertz zurück/
Weil manch bekräncktes Hertz betrübt IHR nach muß ſehen;
Es tröſte Selbige / IHR nun erlangtes Glück/
Und daß die Reiſe iſt auff GOTTes Ruff geſchehen!

In Erinnerung etlicher Chriſtlichen mit der Wohlſeeligen auff ihren Tod-Bette gepflogenen Unterredungen / ſchriebs zu Troſt der hochbetrübten Hinterlaſſenen

M. Johann Hieronymus Dewedig /
Prediger.

---

ECce *Sinum* coetus celebrat ſanctiſſimus Abræ,
In quo poſt gemitus ſemper egenus ovat.
Felix navigium *Sinus* hic ſi gaudia pandit,
Felix coelorum quem *Sinus* ille fovet.
Gaudent defuncti, loca dum *Sinuoſa* relinqvunt,
Inq; *Sinu* gaudet cœlicus ipſe chorus.
Hanc noſtram vitam, qvâ per tot fata meamus,
Inſanus mundus non *Sinit* eſſe *Sinum*.
Fluctibus aſſiduis jactatur vita ſuperſtes,
Felix qvi cœlis ſe *inſinuare* poteſt!
Quod dum feciſti, placide defuncta, quieſce,
Inq; *Sinu* cœli nunc meditare *Sonos.*

*Debitæ obſervantiæ ac* συμπαθείας *ergo f.*

M. Auguſtus Wolfius, Fac. Ph. Adj.

Spargi-

SPargite lugenti violas & lilia dextra,
Leucorides, buſto carmina ferte novo.
OSTERMANNIACIS meritis hæc gloria dudum
Debetur, ſeros continuenda dies.
*Honori Optimæ Matronæ litabat*
M. Valent. Erneſt. Lœſcherus, Ord. Ph. Adj.

---

NOn ſatis eſt vixiſſe diu, nec vera ſenectus
Dicenda eſt, ſi quae non bene ducta fuit.
At ſi connubio ſtabili conjunxeris annos
Virtuti, duplici jure ſenectus erit.
Sic igitur NOSTRAE conſtat geminata ſenectus;
Vixit & ILLA diu, vixit & ILLA bene.
*Obſervantiæ teſtandæ cauſa ſcribebat*
M. Sebaſtianus Edzardus, Fac. Ph. Adj.

---

NUnc gravibus curis, morbis ac morte ſoluta,
Incola jam ſtabili vivit in arce DEI:
Nullus ubi labor eſt, nullus dolor, nullus & angor,
CHRISTO qui vivit, gaudia tanta cupit:
CHRISTO qvi moritur commendans ſeq́; ſuamq́;
Sanctè animam CHRISTO, gaudia tanta capit.
M. Georg. Guil. Kirchmajerus, Ord. Ph. Adj.

---

QVem gemuit longo jam tempore Diva Maritum,
Illi geſtit ovans nubere in arce poli.
Gratulor ergo igitur tædas tibi, Diva, ſecundas:
Gratulor æternos, Fœmina caſto, toros.
*Cultus ergo*
M. Joh. And. Planerus, Ord. Phil. Adj.

---

QVæ mandat *Pietas*, explevit *munia* cuncta
OSTERMANNIA, *terrenis valedicere promta*:
*Officium* tamen hoc *unum* ſupereſſe videbat,
Quod, de *Fonte Sacro* NERGERJA VIRGO *levata*,
*Jure bono* petiit, *caſtis Thalamis* ut adeſſet.
Adfuit ergo *piis precibus*: ſeqvebatur euntem
*Devotis votis*: veruit nam *debile corpus*
Morbus adeſſe: *pio* ſic *munere* functa, ſeqventi
*Luce ſacrâ*, nomen tribuit cui *culta vetuſtas*
EXAUDI, pariter, per CHRISTUM, reddita *voti*
Campos *cœleſtes* placidè migravit ad *aulas*:
*Lætitiâ ſuavi* fruitur ſine fine BEATA.
*Immortali appoſuit Nomini*,
M. Georg. Michaelis, *Hung.* SS. Th. C.

---

WAs von der Erde kömmt wird durch den Tod verletzet/
Denn dieſer iſt das Ziel/ ſo die Natur der Welt
Nunmehro nach dem Fall zum Mittel-Punct geſetzet/
Darin ein jedes Ding/ dann/ wann es ſol verfällt.
Zwar wird ſein Auff-Geboth gantz ungleich angehöret;
Denn manche bilden ſich ein ewig Wohn-Hauß ein/
Und wenn der letzte Feind den Lebens-Bau zerſtöhret/
Muß ihnen dieſer Kampff ein ſchrecklich Weſen ſeyn.
Von Chriſten aber wird es anders auffgenommen;
Ein frommer ſiehet ihn als ſeinen Leit-Stern an/

Durch

Durch deſſen Fackel Er aus Sturm und Wellen kommen
Und das geplagte Schiff in Hafen führen kan.
Was andern bange macht / das hofft er mit Verlangen;
Doch bringt die Ungedult ihm nicht auff ſolchen Schluß /
Da mancher will / weil es das Schickſal hat verhangen /
Und dieſes gerne thut / wovon es heißt: man muß!
Denn ſeine Seele läßt er nicht mit ſich begraben;
Die beſte Zuflucht bleibt der Höchſte für und für:
Er weiß auch / daß er einſt diß wird zu hören haben:
Ihr Menſchen-Kinder kommt nun wieder her zu mir.
So iſt demnach der Todt ein Auffbruch zu der Freude /
Der allernechſte Weg / den man in SJON geht /
Wo auch die Seeligſte nach Ihrem Wittben-Leide
Die angenehmſte Ruh in GOTTes Hand empfäht.
Zur Seite ſtehen Ihr der Seraphinen Orden /
Und weil SJE anders nichts denn Himmels-Lieder hört /
So iſt Ihr Mund bereits voll ſtetes Lachen worden /
Da unſern Lob-Geſang manch Miſerere ſtört.
Denn iſt es gleich / daß wir etwas von Luſt genieſſen /
So ſcheint es Monden-gleich / bald nimmt es zu / bald ab /
Das meiſte ſitzen wir in trüben Finſternüſſen /
Und ſolcher Unverſtand verfolgt uns biß ins Grab.
Die Sonne ſcheinet JHR in unverrückten Lichte /
Mittag und Mitternacht iſt bey JHR einerley /
Den Auff- und Untergang hält Sie vor ein Gedichte /
Ihr gantzes Leben bleibt ein ewig-grüner May.
Drumb laßt / Hochwehrteſte / den Seufftzer-Dampff verſchwinden /
Beſteht Ihr aber drauff Euch ſey zuviel geſchehn /
So könt Ihr ja das Bild noch an der Tochter finden /
Und alle Tugenden an dem Geſchlechte ſehn.
Kein Roſt und Fäulnis kan Euch euren Ruhm verſehren /
Ihr Nahme bleibt beſchützt vor aller Zeiten Lauff:
Die Klugheit muß Ihr ſelbſt ein ewig Mahl gewehren /
Die wahre GOTTes-Furcht ſetzt eine Grab-Schrifft drauff.
Mich aber jammert dein / elende Schaar der Armen /
Dich drücket dieſer Fall / weil SJE dein hartes Joch
Mit Wolthun hat verſüßt / erleichtert mit Erbarmen:
Doch iſt die Mutter todt / lebt GOTT als VATER noch.

Mit dieſem ſolte ſeine Schuldigkeit denen ſämptlich-
hoch-zuehrenden Leidtragenden bezeugen

M. Samuel Müller.

---

ICh fühle ja / daß ich verletzet bin /
Und daß der Todt mir Wunden hat geſchlagen /
Der Mund kan nur nicht alles deutlich ſagen /
Wie ſehr das Hertz / Gemüth und jeden Sinn
Den allzu herben Schmertz nunmehro wahr genommen
Davor kein Artzeney noch Mittel zu bekommen.
Ein Thränen-Guß der ſol mein Zeuge ſeyn /
Wie mich der Fall der Groſſe-Mutter kräncket
Und mir das Haupt zu Ihren Grabe lencket.
Doch ſtellet euch ihr naſſe Seufftzer ein /
Ihr findet SJE nicht da / GOTT hat SJE auffgenomen /
Wir werden wohl zu Ihr / doch SJE nicht zu uns kommen.

Als betraurete ſeine Hertzliebſte Fr.
Groß-Mutter

Johann Benedict Oſtermann.

Ung. VI 1

=[Occasionalia Vol. 2.
=Funeralia K–R.]

X 2855981

WR

1018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0015-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0016-6

In beatiſſimum obitum,

*Matronæ Nobiliſſimæ omniqve virtutum cultu Clariſſimæ*

# ANNÆ MARIÆ, natæ STRAUSSIÆ,

VIRI

*Nobiliſſimi, Excellentiſſimiq;*

## JO. ERICI OSTERMANNI,

Polyhiſtoris celeberrimi,

Sereniſſ. ELECT. SAXON. Conſiliarii, Græc. Lit. P. P. Alumnorumq; Electoral. Ephori, ut & Ordinis ſui & totius Academ. Senioris venerandi,

Viduæ relictæ,

## EPICEDIA

IPSO EXEQVIARUM DIE,

*II. Quinctilis cIↄ Iↄc IIC.*

oblata

A

## Patronis, Fautoribus & Amicis,




*VITEMBERGAE,*
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

273

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527194-p0017-2